

Johann Joachim Weidner

**Programma, Qvo Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Joachim Weidener, Phil. & SS. Theol. D. hujusque Professor P. O. ... Adorationem Religiosam Humanæ Christi Naturæ, Civibus Suis omnium solitissime commendat, Et Ad Festum Natalitiorum Christi, pie ac religiose celebrandum, Omnes omnino Dnn. Studiosos, Ea, qua fas est gravitate ac humanitate, excitat, cohortatur ac invitat**

Rostochii: Typis Joh. Jac. Adleri, [1724?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877242976>

Druck Freier  Zugang





J. 512.

1724. Weihn.

~~M-1256. 185.~~

№. 1724

# PROGRAMMA,

Qvo

## RECTOR

### UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS, JOHANNES JOACHIM WEIDENER,

Phil. & SS. Theol. D. hujusque Professor P. O. Facultatis  
suæ Senior & Decanus, ac ad Divum Mariæ Pastor,

### ADORATIONEM RELIGIOSAM HUMANÆ CHRISTI NATURÆ,

Civibus Suis omnium sollicitissime  
commendat,


Et

### AD FESTUM NATALITIO CHRISTI,

pie ac religiose celebrandum,

*Omnes omnino Dnn. Studiosos,*

Ea, qua fas est gravitate ac humanitate, excitat, cohortatur  
ac invitat.



Rostochii, Typis Joh. Jac. Adleri, Sereniss. Princip. & Acad. Typogr.



M. 1256 185

PROGRAMMA

1751  
ROSTOCK

UNIVERSITATIS ROSTOCKENSIS  
JOHANNES JOACHIM  
WEIDENER.

Phil. & Theol. D. hujusque Professor P. O. Facultatis  
Theol. & Historiae, ac ad Divinam Historiam Professor  
ADOKTORATIONEM JOACHIM

HUMANAE CHRISTI  
NATURAE


Civibus suis omnium sollicitudine  
commendat.



AD FESTUM NATALITII  
CHRISTI.

his ac religiose celebrandum  
Quibus omnino sum. Sponsus  
Et, qui hoc festum ac humanitate, exultat, cohortatur  
ac invitae  
Rostocki, die 1. Junii, Anno 1751, Typis  
P. O. Facultatis

1751  
1751



## Acebat in cunis olim

JESULUS *Noster* preciosissimus,  
 & salutis nostræ spiritualis ac aternæ  
 Recuperator unicus ac sufficientissi-  
 mus, sapientia *Triminius* NUMINIS  
 adinventus ac solenniter constitutus  
 & acceptatus; Nec tamen *Bethliche-*  
*num* omne, nec *Procerum* Quisque,

nec *Sacerdotum* ullus, sanctam habuit rationem Mysterii hu-  
 jus vere stupendi, neque inter misérias quas HERODES,  
*Tyrannus & exitiosus advena*, diris adauxerat exactionibus, cæ-  
 dibus & plus quam belluinis insultibus, neque inter oppres-  
 siones *Romanorum* quascunque, inter vectigalia, capitatio-  
 nes, census ac tributa suspirare valuit vulgus aut ingenuus  
 quisque alius, ut *salutem Israelis ex Zione* & *rumpendos* prope-  
 diem *coelos*, ad constitutum ordinem *septimanarum Danielis*, an-  
 helavisset at ad refrigerium & divinisimum istud auxili-  
 um, se solatius rationibus propitiæque fiducia recepisset;  
 imo jacuisset ibi forte diu *pauper*, *contemptus & cessans Viro-*  
*rum*, nisi fecialis superiorum, *Sanctus GABRIEL* & cum Ipso  
 in servitia *Messia* concitus *Angelorum chorus*, Pastoribus lata  
 nova nunciare & in sanctissimos cultus dirigere eosdem, jussu  
 divino annis fuisset; Quod idem metuendum adhuc erat  
 Puerulo *θεανθρωπω* etiam si ecunis & foetido evaserit stabu-  
 lo, nisi *Omnipotens DEUS* per stellam extraordinariam ad-  
 vocavisset,

) ( :

vocavisset *Pesfarum* MAGOS, & ad gaudio coeli concelebranda & illos & alios, vaticiniis ZACHARIÆ, imprimis & SIMEONIS ac HANNÆ excitavisset: Posteaquam vero hæc mira & vere miraculosa animaverunt homines, in quorum cordibus & sanctiori pectore veritas revelata firmas agebat radices, tunc celebria extiterunt omnia, non stabulum, non vilior domus, non forma servi misella, prohibuit amplius quemquam, quominus in nativitate & ipsa miseria Redemptoris exultaret eique cultum addiceret religiosum vereque divinum; Pastores etenim *pertransi verunt usque ad Bethlehẽm, introeunt ipsum stabulum, ut viderent verbum, quod factum, quod & Dominus notificaverat ipsis, dum & festinantes venerant, & invenerant Mariam & Josephum, imprimis infantem jacentem in presepi, tuncque viderant Eundem divulgant de verbo, quod dictam erat illis de puero hoc, ac omnes qui audiverunt, mirati sunt super iis, quæ dicta sunt a Pastoribus ad ipsos, imprimis vero Maria retinuit omnia verba hæc, conferens in corde suo, & reversi Pastores, glorificantes & laudantes DEum super omnibus, quæ audiverant & viderant, sic ut dictum fuerat ad illos Luc. II. 15. f. Ne & frivole opineris, hic de adoratione religiosa & divino cultu nihil legi, Magos habeas, tam in doctrinam, quam confusionem oscitantæ, Illi siquidem videntes Stellam, gavisissimi sunt gaudium magnum & venientes in domum, invenerunt puerum cum Maria matre Ejus, PROCIDENTESQUE ADORARUNT Eum Matth. II. 10. f. Eadem de SIMEONE, de HANNA & reliquis liberationem expectantibus vel ipsa litera docet LUC. II. 25. f. quorsum & dicta Matth. IIX. 25. XV. 12. Jo. V. 22. f. Rom. VIII. 34. Col. II. 9. Phil. II. 9. Apoc. V. 8. conf. 1. Tim. II. 5. 1. Jo. II. 2. omnium clarissime conspirant. Sed tamen proh! his omnibus spretis, CALVINIANI, vel ut hodie insigniri mavolunt, DN. REFORMATI, inter ista erroris sui, quo CHRISTUM secundum Humanam Ipsius Naturam, impetuosius oppugnant, non ferenda divergia, id quoque  $\pi\upsilon\zeta$   $\eta\gamma\iota$   $\lambda\epsilon\iota\zeta$  defendere moliuntur, Soli Divinæ Naturæ Religiosum, Humanæ vero civilem solummodo tribuendum esse cultum. Ea professi sunt quondam CALVINUS, ARETIUS, PISCATOR, SADEEL, DANÆUS,*

**NÆUS & BEZA**, nec hodie Reliqui ex præsuppositis, alia docere possunt, ut si qui speciem consensus nobiscum simulaverint, hos merito ipse Reformatorum coetus, & sic ampliori jure, nostra Ecclesia repudiaverit: Ne ergo videamur partibus defuisse divinis, aut ad periculosam delabamur tergiversationem, ac si parum faciant dissensus capita, & in his atque reliquis, ubi directissime invicem opponimur, id momenti ac ponderis non hæreat, ut propterea unionem, non *civilem*, hanc enim ex pactis & foederibus Imperii R. sancte ac sincerissime servandam esse, nemo fortius ac ingenue magis profitetur aut tenacius sustinet præ Lutheranis; sed *religiosam ac spiritualem*, inire cum Iphis, salva conscientia ac salute, non impediamur; Hinc doctrinæ causa, unum adhuc urgeo atque ex lymphidissimo Sacrarum literarum fonte derivatum Argumentum, ex *Psalmo* scilicet *XXII*. Quod vero ibidem agatur de Messia *Θεανθρωπον*, facile consentiunt **DNN. REFORMATI**, & in gratiam ipsorum, Ipsum Piscatorem secuturus sum, modo ut quæ deviant, sobrie fugiantur: Sic quidem ipsaque veritate duce, cum Eodem profiteor, quod contineat *Psalmus* Prophetiam *de passione ac morte Christi* itemque *resurrectione & Regno Ejus spirituali*, Atque sic Proserpoeia quadam exhibet Christum in cruce querentem de sua miseria, & deinde animo jam tranquillato & liberationis certo, gratias promittentem: Quod ita ad *miseriam Christi* adtinet, eadem non nisi *Humanæ Naturæ* tribui potest, quod enim **DEUS** in natura suæ Divina pati ac miser esse non possit, vel Gentilis sanior quisque perhibuit; Hæc ergo **HUMANA NATURA** in *hypostasin τῆς λόγου* & **DIVINÆ NATURÆ** vero miraculo, assumpta, in *Qua habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* **COL. II. 9.** in *Qua sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi* v. 3. queritur *de miseria anime & corporis sui*. Miseria *Animi* orta fuit partim ex consideratione **DEI**, partim ex consideratione *hominum*. Ea, quæ orta fuit *ex consideratione DEI*, fuit opinio, imo rectius *convictio* de desertione **DEI**, orta ex sensu iræ **DEI** cruciatuumque *infernalium* v. 2. Hæc & desertio amplificatur a cau-

sis corrumpentibus, id est, quæ desertionem illam e medio  
 tollere debere visa sunt & causa illæ indicantur tres; *Prima*, preces Christi. v. 2. 3. *Secunda*, promissiones DEI, factæ  
 populo Israelitico. v. 4. *Tertia*, opitulatio præstita Patribus,  
 quibus se suamque conditionem opponit v. 7. Simulque  
 transit ad querelam de miseria alia. Illa vero ex *consideratio-  
 ne hominum*, fuit duplex: Contumeliæ & gestus crudeles,  
 crudelis animi indices; quarum illæ animum Ejus lacera-  
 runt tristitia, isti vero terrore Contumeliæ positæ fuerunt  
 partim in gestibus v. 8. & 13. partim in verbis v. 9. par-  
 tim in factis v. 19. Contumelia, quæ posita fuit *in verbis*,  
 quibus exprobrarunt Christo vanitatem fiduciæ in DEO, am-  
 plicatur antithesi fiduciæ Christi: Quæ ipsa ostenditur cum  
 memoracione causæ procreantis, videlicet *Paternæ curæ DEI*  
 erga ipsum, jam inde ab utero matris v. 1. & 11. Porro istis  
 querelis subjicitur precatio sive *petitio liberationis* v. 12. At-  
 que hæc de contumeliis. Crudeles ac terribiles *gestus* Inimi-  
 corum Christi illustrantur similibus *quinque*; quorum *primum*  
 sumptum est ab impetu taurorum v. 13. *secundum* a rictu leo-  
 nis v. 14. & 22., *tertium* ab insultu canum v. 17. & 21., *quar-  
 tum* a satellite stringente gladium ad occidendum v. 21. *quin-  
 tum* denique ab impetu unicornium, v. 22. Atque hæc  
 de miseria animi. Miseria *corporis* indicatur triplex. *Prima*,  
 languor ex defectu virium v. 15. & 16. *Secunda*, fitis v. 16.  
*Tertia*, cruciatus ex perfossione manuum ac pedum & disten-  
 sione membrorum v. 17. & 18. Istis querelis subjungit ite-  
 rum *precationem*, qua se liberari ex illis perit v. 20. 21. 22.  
 In SECUNDA parte Psalmi Christus, quam jam de exauditi-  
 one suarum precum, atque ita de sui ex morte excitacione  
 spem certam concepisset, promittit DEO *velacionem gratiæ*. Illa  
 relatio duas habet partes: *Una* est prædicatio beneficii divi-  
 ni in sese ex morte eripiendo, v. 23. & 26.: *Altera* est *hortatio*  
 ad fideles Israelitas, ut & ipsi hoc DEI beneficium prædicent,  
 & pro illo DEUM colant, v. 24. 25. Porro utramque hanc præ-  
 dicationem amplificat ex *effectis*; *Suum* quidem ex effectis e-  
 venturis in fidelibus Israelitis: *Illorum* vero, quos ad prædican-  
 dum

dum hortaturus erat, puta fidelium Israelitarum, ex effectis eventuris in Gentilibus. Effecta in *Israelitis* eventura indicat duo, Vitæ spiritualis & æternæ collationem per media salutifera & laudationem DEI, v. 27. Effecta eventura in *Gentilibus* indicat tria: Conversionem illorum ad DEUM v. 28. 31. subjectionem & adorationem Messia, & tandem laudationem ac celebrationem regni spiritualis v. 32. Coeterum conversio Gentilium confirmatur a causa procreante, Regno scil. Spirituali, mediis salutiferis tam inter Israelitas quam Gentiles largiter instructo v. 29. item conversio illa Gentilium amplifictaur distributione ex adjuncta conditione, qua distribuuntur illi in felices secundum carnem & miseros v. 30. item distributione ex membris, qua distribuuntur in primos Id est, primum convertendos & ex primis illis orituros v. 31. 32. Hic tenor est Psalmi ejusque immobilis & invariabilis nexus; Nunc itaque pensitet mecum omnis pius & salutis suæ cupidus; de quo loquitur hic Propheta? nonne de Christo qua *Humanam Naturam*? illa namque pati potuit & passa est miseria: Quid vero promeruit & cui promeruit aliquid? Non *Divinae suæ Naturæ*, in cujus hypostasi erat, illa namque nec diminutionem nec accessionem experiri potest; sed hominibus iisque omnibus ac singulis, non siquidem gustavit solum mortem pro *Israelitis fidelibus & Gentilibus electis*, sed pro omni Ebr. II. 9. Quid vero tunc in Regno Spirituali redundavit ad *Humanam Naturam*, salutem spirituales & æternam promerentem? illa ceu caput corporis mystici, ceu Dux & Pastor gregis, ceu Rex & Dominus orbis, effecit, ut comederint miseri & saturati sint, illa effecit, ut cor credentium viveret in æternum, ut recordarentur & converterentur ad Jehovam omnes fines terræ; coram illa ergo adorabunt omnes familia gentium, quia Jehovæ regnum & dominans ille inter gentes. Hunc in finem comedent & adorabunt omnes pingues terræ, coram ipso incurvabunt se omnes descendentes pulverem & qui animam suam non vitæ ipsi, semen puta serviet ipsi, numerabitur Domino in generationem venient, qui enarrabunt justitiam Ipsius, populo nascendo; Quod *israhac fecerit* Conf. Es. LIII. 10. sq. Ps. XXIX. 1. f. &c. &c.

Gratu-

Gratulemini ergo Vobis O MEI, quod hanc doctrinam integram & incorruptam habeatis atque sic *Humanam Christi Naturam* revereamini, indeque ad solatia genuina; & gratiam omnem, ad dona denique corporalia ac Spiritualia, imo æterna ipsa traducamini: Adeo generosos vos habeo & experior, ut honorem tribuatis bonis omnibus, Magistratui & Præceptoribus vestris abœdiatis, nec a quoquam bono, etiam lacesfiti aut inescati aliquando, fugiatis; marteat itaque illa bona Mens, illa vera pietas, ille sincerus candor, festivus vester ornatus! Revearamini Christum *secundum utramque Naturam*, in cunis & exinanitione, in gloria & exaltatione! sint Tempia Vobis sacra, conciones æstimatæ. cultus omnis sanctior & purissimus! Frons Vestra tandem sincere exprorecta & magis pectora ac ora Vestra ipsam probitatem spirantia & mores doceant maxime concinnos, suaves ac gravissimos; hinc non speramus modo, sed & enixissime confidimus, quod Nobiscum ex animo detestemini *carcinomata aliquot*, ex honestiori Vestro ordine, qui magis grassantur, quam vivunt, magis morantur quam DEUM colunt & adeo inpetuosi ac prophani sunt vel in ipsis Templis, ac locis Sacrationibus ut horror inde ut justa nostra indignatio succreverit. His vestro pio exemplo tædium facinorum conciliate! & nequid autoritatis in eo vobis deesse videatur, sciatis Unanimi decreto Concilii constitutum esse, ut adversus EUM qui *sacrum cultum neglexerit*, inter eundem *murmurationibus, confabulationibus & gerris horas triverit*, peculiariter *pileo capiti quasi adglutinato, inter preces & suspiria comparuerit*, severius imposterum statuatur.


*Publicatum sub Sigillo Universitatis*

**IPSA FERIA NATALITIORUM**

prima Anno MDCCXXIV.







dum hortaturus erat, puta fidelium Israelitarum, ex effectis  
 eventuris in Gentilibus. Effecta in *Israelitis* eventura indicat  
 duo, Vita spiritualis & aeterna collationem per media salutife-  
 ra & laudationem DEI, v. 27. Effecta eventura in *Gentilibus*  
 indicat tria: Conversionem illorum ad DEUM v. 28. 31. sub-  
 jectionem & adorationem Mesſiæ, & tandem laudationem ac  
 ac celebrationem regni spiritualis v. 32. Coeterum conversio  
 Gentilium confirmatur a causa procreante, Regno ſcil. Spiritua-  
 li, medijs ſalutiferis tam inter *Israelitas* quam *Gentiles* largiter  
 instructo v. 29. item conversio illa Gentilium amplificatur  
 distributione ex adjuncta conditione, qua distribuuntur illi in  
 felices ſecundum carnem & miſeros v. 30. item distributione  
 ex membris, qua distribuuntur in primos Id est, primum con-  
 vertendos & ex primis illis oriuros v. 31. 32. Hic tenor eſt  
 Pſalmi ejusque immobilis & invariabilis nexus; Nunc itaque  
 penſitet mecum omnis pius & ſalutis ſuæ cupidus; de quo  
 loquitur hic Propheta? nonne de Chriſto qua *Humanam*  
*Naturam*? illa namque pati potuit & paſſa eſt miſeris: Quid  
 vero promeruit & cui promeruit aliquid? Non *Divine ſue Na-*  
*turae*, in cujus hypoftaſi erat, illa namque nec diminutionem  
 nec acceſſionem experiri poteſt; ſed hominibus iisque omni-  
 bus ac ſingulis, non ſiquidem guſtavit ſolum mortem pro  
*Israelitis fidelibus & Gentilibus electis*, ſed pro omni Ebr. ll. 9.  
 Quid vero tunc in Regno Spirituali redundavit ad *Humanam*  
*Naturam*, ſalutem ſpirituaſem & aeternam promerentem? illa ceu  
 caput corporis myſtici, ceu *Dux & Paſtor* gregis, ceu *Rex & Do-*  
*minus* orbis, effecit, ut *comederint miſeri & ſaturati ſint*, illa effecit,  
 ut *cor credentium viveret in aeternum*, ut *recordarentur & converteren-*  
*tur ad Jehovam omnes fines terræ*; coram illa ergo adorabunt omnes  
*familia gentium*, quia *Jehova regnum & dominans ille inter gentes*.  
 Hunc in finem comedent & adorabunt omnes pingues terræ, co-  
 ram ipſo incurvabunt ſe omnes *descendentem pulverem & qui animam*  
*ſuam non viſificavit*, ſemen puta: ſerviet ipſi, numerabitur *Domino in*  
*generatioem venient*, qui *enarrabunt juſtitiam Ipſius*, populo na-  
 ſcendo; *Quod iſthac fecerit* Conf. Ef. lll. 10. ſq. Pf. XXIX. 1. l.  
 &c. &c.

Gratu-

